

# DISPOSITIO.

**P**ars secunda Libri nostri Concordiae est August. Conf. cum *Apologia*. Quamvis vero singularum harum partium subdivisio sese palam prodat per *Prefationes*, ipsos *Articulos* & *Epilogos*; Melioris tamen doctrinæ & compendii causa ita *Tractationem* instituemus, ut

I. *Generalia* ipsam compagem concernentia methodo à nobis susceppta exponamus.

II. Ad *specialia* descendamus, singulosq; *Artic.* secundum ordinem ac seriem suam cum *Apologia* conferamus & exponamus.

## SECTIO. I.

DE

## GENERALIBUS EX PRÆFATIONIBUS ET EPILOGIS.

### MEMBR. I.

quod

ANALYSIN PRÆFATIONUM  
& Epilogorum exponit.



Octrinæ melioris causa ad generalem hujus Confessionis nostri Symboli notitiam, quod A. C. dicitur, Augustana sequentia notari debent, prout in *Prefationibus* & *Epilogis* illa memorata sunt.

#### I. NOMINA. Dicitur enim I. Nomina.

Confessio Fidei p. 5. Concionatorum nostro-  
rum & nostra Confessio p. 6. Nostra & no-  
strorum Confessio p. 7. Articuli Fidei præci-  
pui p. 9. Summa doctrinæ apud nos p. 21. Præcipui Articuli, qui vi-  
dentur habere controversiam p. 45. Recitatio eorum, quæ videbantur

N 2